



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

In puellari teneraq[ue] ætate ad monasticum institutum vocari, quanta sit  
diuini numinis gratia. Epist. LII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Ephes. 4.

Vnitus spiritus  
quibus  
præcipue  
seruanda.

Matt. 25.

sermone. Hæc placat & mitigat iram alterius. Non enim putat sibi iniuriam fieri quia humilitas & mansuetudo, neminem putat se viliorem: unde non cogitat, nec arbitrat in indignum quicquid sibi fit. Idem etiam dicit Apostolus. *In omni patientia, ut iniurias, conuicia, contentiones non velitis iudicare, sed patienter ferre. Supportantes inuicem sine murmuratione, sine quærelatione, in charitate secundum Deum, qua diligatis vos propter Deum, ut Deus sit causa. Solliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis.* Hoc maxime vobis est necessarium quia estis simul, ut habeatis vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vbi enim sunt schismata & contradictiones & ibi dicitur simul, & ibi dicitur simul, & partialitates, ibi non est pax, & vbi non est pax, ibi non est Deus. Vos itaque electæ virgines, ut prædixi, obsecro ut dignè ambuletis vocatione qua vocatæ estis, ut cum venerit sponsus vester euocans vos, immaculatæ & ardentibus lampadibus occurratis intraturæ cum illo ad nuptias, Amen.

*In puellari teneraq; ætate à maligno sæculo ad portum monastici instituti vocari, quæta sit diuini numinis gratia.*

## Epistola LII.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIUS, CARTHVS.  
charissimæ filiz & Christi nouæ sponsæ, eiusdem concupitis amoris amplexibus suauiter perfrui.

**C**harissima filia, signum veræ conversionis, & amata castitas accipio, quod adulta, & sæculo iam apta, sæculum contempsisti, eligens salua virginitate Christo desponsari, quam inter fœdas carnis delectationes marito nubere. Non omnium est hæc gratia: ut in illa ætate continentiam virginalem (cum citra probrum aliud possent consequi) Deo curent dedicare. Gaudere tamen debent & iuuenes puellæ, quæ à parentibus in hunc felicem statum sunt introductæ adhuc incontaminatæ ab hoc sæculo nequam. Quod ita accipiendum est à Deo, ita gratiæ agendæ sunt Deo, ut ei qui contulerit maximum beneficium præueniens infirmitatem & pericula casusq; quæ ad animæ exitum nouerat euentura (nisi è sæculo in pueritia euocaretur) idem antequam submergeretur, antequam in amore sæculi obstinata periret, vocauit eam è sæculo, sciens alioquin (ut dixi) nisi præueniretur, perituram. Gratias agat Deo qui ignoranti necdum oranti tantum præstitit beneficium. Vale.

*Vti per creaturarum venustatis contemplationem liceat ad creatoris omnium cognitionem, contemplationem, amoremq; conscendere.*

## Epistola LIII.

D. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CART.  
filia sua charissimæ N. nouæ Christi in monastica religione sponsæ.

Ama-